



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

II. De caelibatu clericorum, & ordinibus conferendis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

- ANNO
CHRISTI
1199.
- contrahendis matrimonii ob-
seruando.
 - VII. Ut clericis tonsuram teneant
clericalem.
 - VIII. Ut laici a rebus ecclesiasticis
abstineant.
 - IX. Excommunicantur thesau-
rorum ecclesiasticorum detento-
res, & qui Latinos in serui-
 - X. Excommunicantur illi qui uxo-
res sine iudicio ecclesie dimis-
tunt.
 - XI. Ut nothi ad sacros ordines non
accedant.
 - XII. Ut nullus ante trigesimum
annum ad sacerdotium promo-
ueatur.

P RÆF A T I O.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen. Nos Ioannes capellanus, & Simon subdiaconus domini Innocentii papæ IIII. apostolicæ sedis legati, ad euellenda nocia de agro dominico, & virtutum plantaria vtiliter inferenda, videntes multa in clero & populo Dalmatiae & Diocliæ corrigenda, de sanctorum patrum Conciliis decreta præsentia duximus innouanda.

C A P I T V L A.

I.

Matth. 10. In primis itaque decernimus, ut nullus episcopus aliquem ad sacros ordines per pecuniam promouere, seu ecclesiastica beneficia alicui precio interueniente concedere præsumat. Cum enim Dominus præceperit apostolis: *Gratis accepistis, gratis date,* & Spiritus sancti gratia venalis esse non possit, quæ confertur in sacris ordinibus, graui puniendus est poena, qui Spiritus sancti dona venalia exponere non veretur. Quocirca præsenti decreto statuimus, ut quicumque episcopus hoc agere conuictus fuerit, omni ecclesiastica careat dignitate: & sine spe restitutionis, tam ille qui dederit, quam ille qui scienter sacros ordines pecunia interueniente receperit, perpetuo deponatur.

II.

Cum Domini sacerdotes, & si qui sacro alta-
rio

ANNO CHRISTI 1199. I*fa*. 52.
rio deseruunt continenter viuere debeant, iuxta illud: *Mundamini qui fertis vasa Domini*: in partibus Dalmatiæ atque Diocliæ sacerdotes & vxores habere & ecclesiæ tenere dicuntur. Quocirca præsenti decreto statuimus, ut sacerdotes & diaconi, ante suscepsum officium, nisi eorum coniuges in manu episcopi votum fecerint continentia, vxores habentes cum ipsis maneant, & ecclesiæ dimittant, non enim possunt secundum ordinem Romanæ ecclesiæ manentes in coniugio, nisi defunctis vxoribus, aut continentiam vountibus, si digni inuenti fuerint, ad sacerdotium promoueri. Illi vero, qui post suscepsum sacerdotii vel diaconatus honorem adulteras potius quam vxores accepisse probantur, nisi eas dimiserint, & dignam egerint poenitentiam, ab officio & beneficio ecclesiastico fiant penitus alieni. Prohibemus etiam ne aliquis episcopus, nisi in quatuor temporibus iuxta sanctorum patrum constitutionem, aliquem ad sacros ordines promouere præsumat: solus enim Romanus pontifex dominicis diebus subdiaconos ordinare potest. Cum autem episcopus ordinacionem fecerit, non nisi vnum ordinem a subdiacono & supra conferre præsumat. Ordinatus autem in subdiaconum ad minus per annum in eodem officio deseruiat, & diaconus similiter faciat. Qui cumque autem episcopus contra hoc venire præsumperit, tamdiu a conferendis ordinibus abstineat, donec a Romano pontifice misericordiam consequatur. III.

Quoniam secundum gradus & ordines perso-
Concil. Tom. 28.

M